

128 Fiales sunt Mendicantes necesse est ut Collegium sit Mendicans, ut optime per Innoc. in cap. Dilecta num. 9. de excess. Prælat. & Dec. in cap. Ex litteris numer. 20. & 21. de Constat.

Ac demum cum Collegia Societatis sint regularia oportet ut sint alicujus Regulæ, vel Ordinis; & cum sint pars integralis & membra Societatis utcumque divitis astant, necesse est ut sint illius Ordinis, cujus est Societas: alioquin daretur una Religio & unus Ordo diversorum Ordinum quod implicat contradictionem & alia sequerentur absurditates de quibus in precedentibus fundamentis. Hinc cum quidam Episcopus & Capitulum conquirerentur apud Sac. Congregationem Concilii quod Moniales Ordinis Mendicantium nollent vigore suorum privilegiorum solvere decimas, quas antea solvere solebant, & capitulum pro se allegaret quod Moniales esse divites, multaque bona possidere. In libris publicis S. Congregationis reperitur sic adnotatum. Sanctissimus non movetur istis divitiis. Satis est ut sint Ordinis Mendicantium.

106 Sexto principaliter hanc controversiam, ni fallor, aperit dicitur Pius V. in Constitutione. 13. incipiens. Dùm in se se fer. Quod ut evidentiùs appareat, ante omnia observandum est eam Constitutionem esse declaratoriam. Quod patet, tum quia utitur verbo, Declaramus, quod æqualiter determinat omnia præcedentia ex reg. l. Jam hoc jure, §. Sed si, & ibi Barr. num. 1. ff. de vulgar. Et quamvis adjiciat etiam verbum, Sanctimus, nihilominus hoc idem facit, quia licet sit declaratio, tamen est Constitutio; unde perinde est, ac si dixisset, declarando sancimus, ut per Gemin. conf. 72. num. 1. vers. Contrarium. Tum quia Constitutio dicit Societatem & illius personas vere & non fidei Mendicantes fuisse esse, & fore: si enim ante Bullam fuerunt vere Mendicantes: Ergo Bulla non est novi juris, seu privilegii induciva, quia sic non respiceret præteritum, cap. ult. de Constat. l. Leges la secunda, C. de legibus, sed est juris præ-existentis declarativa, de cujus natura est, ut retrotrahatur ad principium actus declarati, ut in Aut. De sit. ante dotul. instrum. nar. §. 1. Dec. in d. cult. de Constat. num. 44. Rot. decis. 17. num. 32. par. 4. recent. Declaratio enim novum jus non inducit, sed quod prius latebat, manifestat, l. Heredes palam §. Quod verò, & §. Sed est notam, ff. de testam. plenè Philipp. Prob. Ad Monach. in cap. Volentes num. 1. de priv. lib. 6. exemplo ejus, qui excutit spicas, qui novam speciem non facit, sed eam, quæ est detegit, text. in l. Ades §. Cùm quis, de acquirere domi. Fulgol. conf. 157. in fin. vers. Ad secundum.

108 Hoc posito, Constitutio Pii V. tria facit. Primum asserit Societatem esse Mendicantem, quippe quæ ex ejus instituto, & Constitutionibus Apostolica auctoritate confirmata, bona stabilia possidere nequit, sed incertis elemosinis, fidelumque largitionibus & subventionibus vivit. Secundo dicit id posse aliquando in controversiam deduci ex eo, quod dicta Societas Collegia habeat secum adjuncta. Tertio ad hujusmodi ambiguitatem amputandam in §. 2. declarat per hæc formalia verba: Illam, id est, Societatem, & illius Prepositum, ac singulas personas Societatis hujusmodi vere, & non fidei Mendicantes fuisse, esse & fore, sac. declaramus.

109 Quibus ita se habentibus ostenditur apertissimè non tantum Professores, & Coadjutores, sed etiam Scholasticos ex Bulla fuisse declaratos vere, & naturaliter Mendicantes. Primum enim cum Pontifex hoc expresse declaraverit de Societate ipsa; unque hoc idem implicite declaravit etiam de Scholasticis; quia cum ipsi sint pars integralis ipsius, & una cum Professoribus, & Coadjuturibus unum corpus Societatis constituent, ut ostensum est supra in primo fundamento: una, & eadem Societas non debet diverso jure censeri, c. Cognovimus 12. quest. 2. c. Cùm in tua, de decim. Gabr. d. conf. 28. n. 8. lib. 1. Separatis enim partibus, ex quibus Universitas Societatis constat, Universitas Societatis intelligi non potest, dicit textus in leg. Eum qui ff. de usucap.

110 Ad hæc Constitutio in fin. §. 1. loquitur de Societate, pro ut habet adjuncta secum Collegia. Ergo dum postea in

§. 2. declarat illam esse Mendicantem, sub relativo, illam, intelligitur repetitæ omnes Societatis similiter, prout habet Collegia adjuncta, ad text. in l. 1. Pluribus in princ. ff. de verbos. obligat. Rota decis. 687. vers. Et denotat relativum illud par. 2. recent.

Ex eodem modo sequentia verba, personas Societatis hujusmodi referri debent ad Societatem eo modo, quo de ipsa superius facta fuit mentio, cum dicto, hujusmodi, sit relativa præcedentium cum suis qualitatibus, Barr. in l. Si quis servum, §. fin. num. 1. ff. de leg. 2. Alex. conf. 141. num. 1. vers. Ponderandum lib. 2. sed superius facta fuit mentio Societatis habentis adjuncta Collegia. Ergo verba illa, personas Societatis hujusmodi, intelligi debent de personis Societatis inidem habentis adjuncta Collegia, & sic etiam de Scholasticis, prout arguit Suarez de relig. lib. 4. c. 4. n. 11. vers. Imò quod.

Ac demum Pius V. præmittit suæ intentionis esse amputatæ ambiguitatemque oriri potuisset ex eo, quod Societas Collegia habeat secum adjuncta. Hanc autem ambiguitatem plane non subulidit, nisi declarasset Societatem universalem, & sic etiam Collegia, & Studentes esse Mendicantes. Ergo centeri debet sic declarasse, cum hæc fuerit illius mens & causa finalis in præmio Constitutionis expressa: quæ regulat totam dispositionem, lege 1. ff. de origine Juris & lege finali de heres. institutione. Bartolus in lege Cùm ii num. 4. ff. de transfact.

Non obstat si dicatur, Constitutio Pii V. in §. 2. ubi declarat Societatem esse Mendicantem: de Collegiis nullam facit mentionem; sed de Preposito & personis duntaxat. Postea verb in §. sequenti ubi declarat Societatem potius exemptionibus ac privilegiis Mendicantium: meminit etiam de Collegiis: unde ex hac distinctione argui potest, ut in prima parte non habet Collegia comprehendere; nam si voluisset, expressisset sicut expressit in secundo argumento legis unice, §. Sin autem ad deficientes, codice de caduc. tollend. cum simil.

Id, inquam, non obstat; nam præter alias ponderationes considero Pontificem in prima parte de domibus & Collegiis non meminisse, quia ibi declaravit quoniam sint Mendicantes; hoc autem convenit personis tantum quibus præbet victum incerta mendicitas; non autem domibus & Collegiis, quia domus sunt quid materiale & infensatum; & Collegia non sunt persona vera, sed fidei seu representata, ut fuit ostensum est supra in quinto fundamento, versulo Sed obicitur. At verb in secunda parte ubi declarat Societatem comprehendendi in dispositionibus & privilegiis aliorum Mendicantium; idem expressit etiam domus & Collegia, quia dispositiones & privilegia hujusmodi conveniunt etiam rebus, ut patet in privilegiis realibus, cap. 1. 2. & per tot. 25. quest. 2. Alexander conf. 85. num. 3. lib. 1. Unde ex hac distinctione non licet arguere, ut Collegia non sint Ordinis Mendicantium: quod ex eo etiam convincitur manifestè, quia eadem distinctio fit in domibus de quibus Constitutio meminit in secunda parte & non in prima: tamen certum est domus hujusmodi esse Mendicantes, ut coustat ex dictis supra in principio: ergo sicut argumentum à separatè hoc casu non procedit in domibus, ita nec in Collegiis; cum æqualis debeat esse determinatio, dicta lege Jam hoc jure, ff. de vulgar.

Quare etiam Collegia & Scholasticos Societatis Jesu esse Mendicantes, jure optimo censuerunt non modo Autores & Patres ipsius Societatis, ut Suarez loco supra citato & Thomas Sanchez super Decalog. to. 2. lib. 6. cap. 7. num. 117. circa med. vers. Et non ad solos Professores: dicens ita Pium V. declarasse; sed etiam Autores extra Societatem, ut Hieronimus Gabriel in prænoto consilio 28. num. 8. & sequentibus lib. 1. Menoch. dicto consilio 1014. num. 14. Rodriguez in Summa Hispanica parte 4. cap. 113. numero 1. post med. & plures alii recentiores.

Ex prædictis patet solutio ad objecta; nam est Collegio, 12 habeat redditus; possessiones pro necessitate Studentium; hinc tamen non sequitur ut non sint Ordinis Mendicantium, ut ex dictis constat præcipue in primo & secundo fundamento; nec adversarij textus in cap. unico, §. Confirmatus de Religiosis domibus lib. 6. in quo vis tanta constituitur; quin potius in oppositum retorquetur; nam textus definit Mendicantes esse quibus habere redditus vel possessiones regula interdicit; regula autem non dicitur respectu alicujus membri seu partis integralis, sed respectu totius corporis Religionis; non enim dicitur regula hujus vel illius Conventus, sed dicitur regula Prebicatorum & regula Minorum, ut in capite Existit, §. Regula & vita Minorum de verborum significatiis 14 lib. 6. & consequenter licet aliquod membrum habeat redditus: non tamen propterea dicitur Ordinis non Mendicantis; si Ordo ipse ex regula sit Mendicans, ut per Gabrielem dicto consilio 28. num. 4. & sequentibus lib. 1. qui intellectus desumitur evidenter ex Constitutione II. Bonifacii VIII. quæ incipit Ad consequendam gloriam in Bulla to. 1. pag. 140. ubi Bonifacius in §. 3. Illos Ordines, inquit, intelligi volumus in

129 pœteritate fundatos: qui ex Regula vel Constitutionibus suis extra septa Ecclesiarum, Monasteriorum, sive vel Officiorum eorum & claustrorum istorum nullas debent possessiones habere. Quod si aliquis de Ordinibus istis possessiones in aliquibus membris suis habere; in aliis vero non habere noster: cum quoad Ordinis nempe & inhibitionem hujusmodi prædictis Ordinibus in paupertate fundatis annuamari volumus. Hæc ibi. Ecce igitur etiam membra quæ habent possessiones adnumerari inter Mendicantes, quando ex regula vel Constitutionibus Ordo ipse possessiones habere prohibetur.

Quod comprobatur etiam exemplo; nam infirmariz seu valetudinaria Prætrum Minorum Sancti Francisci possunt habere annuos redditus pro necessitate infirmorum; neque id repugnat regulæ, si vera est opinio Joannis de Anania conf. 20. num. 3. versulo Circa tertium, relata à Rodriguez quasi Regular. tom. 2. quest. 127. art. 4. de quo plenè scripsi supra à num. 55. usque ad num. 65. & tamen nemo dixerit hujusmodi infirmariz & Prætrum infirmos in eis degentes, non esse Ordinis Mendicantium: ergo pariter hoc dici non potest de Collegiis Societatis habentibus redditus in communi pro necessitate Studentium; cum præsertim possidere bona immobilia in communi non repugnet naturæ & essentiz status Mendicantium, ut probat Lapsus allegatio 4. num. 2. & sequentibus, ubi firmat Mendicantes esse qui ex fundatione suæ regulæ non habent redditus ad congruam sustentationem: licet de facto vel ex privilegio non mendicent, quia etiam si ex privilegio scripto sint habitati ad possessiones; non tamen sunt habitati ad alia nec liberati ab aliis Juribus quæ de Mendicantibus loquuntur & sequuntur Franc. in dicto cap.

unico, §. Confirmatus post num. 2. & num. 4. in fin. Felin. in hoc cap. In præsentia num. 53. versulo Et prædicti adde Lapon; & probatur irrefragabiliter ex Decreto Concilii Tridentini, cap. 1. sessione 25. de Regularibus ubi Mendicantes omnes, exceptis Capucinis & Minoribus de observantia Sancti Francisci: habitantur ad possidendam bona immobilia in communi; siue sint Mendicantes ex Constitutionibus; siue ex regula per privilegium non mitigata; & ubi omnimò Sancta Sinodus eos appellat Mendicantes & pro Mendicantibus ibi agnoscit; & à non Mendicantibus ibi distinguit, cap. ultimo ejusdem sessionis.

Postremo non obitat quòd Scholares possint jus & dominium bonorum suorum retinere ad tempus Generalis Prepositi Judicio præscribendum. Quoniam hoc obiectum percutit solummodò proprium in particulari: quod concernit religionem paupertatem; non autem proprium in communi, quod concernit statum Mendicantis de quo nunc est questio: unde hujusmodi obiectum si quid probaret, hoc tantum probaret: nempe scholasticos Societatis non esse Religiosos. Sed alit ut hoc in controversiam revocemus, quia Gregorius XIII. in Constitutione 89. incipiente Ascendens Domino: non modò in §. 16. declaravit ejusmodi dominium non obesse religionis paupertati; sed etiam in §. 20. & 21. Tria vero Scholasticorum simplicia substantialia esse eaque emittentes, veros Religiosos esse decrevit & amplius in §. 24. præcepit sub poena excommunicationis lata sententis: ne quis hoc in controversiam aut dubium revocare, quocumque modo præsumat.



DE PROBATIONIBUS.


Idem Innocentius III.

CAPUT X

Per tuas nobis litteras intimasti, quòd cum T. Tiburtinus civis quamdam per septennium habuisset concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadem, ac ipsa postmodum divertens ab eo, ad ipsum non post multum tempus rediisset, filium quem reversa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse: & infra, Quia verò mulier illa de dicto T. suscepisse R. de quo agitur, primitus constanter asseruit: & idem te prætaxat mulieris præcipue devictus instantia, ipsum suum filium publice recognovit, & filius ejus nominatus communiter fuit, & habitus ab ambobus: ejusdem mulieris postmodum juramento in contrarium præstito non est standum: cum nimis indignum sit (juxta legitimas sanctiones) ut quod sua quisque voce dilucide protestatus est, in eumdem casum proprio valeat testimonio infirmare. Unde apparet per consequens, quòd prædictus R. Sophiam neptem memorati T. cujus prima facie præsumitur consobrinus, non potest habere aliquatenus in uxorem.

SUMMARIUM.

- 1. Si qui nominant aliquem filium & ita committere reputatur, non creditur alteri eorum juranti contrarium.
- 2. Filiatio etiam ex damnato coitu probatur præsumptivè ex tractatu de matrimonio: parentum.
- 3. Et dissolvit Matrimonium cum sanguinea patris, ibidem vers. Secunda conclusio.
- 4. Filius ex Presbitero & conjugata genitus, ex quo genere spuriorum fit.
- 5. Spiritus ex damnato coitu patri non succedunt, nec dicuntur agnati, sed tantum lineam maternam agnoscunt ibid. vers. Tales.
- 6. Proles ex Presbitero est adeò sacris Canonibus exosa ut nec matri succedat.
- 7. Filius natus ex concubina, an & quando præsumatur esse filius illius, qui eam domi retinebat, ibid. vers. Secunda idem & num. 22.
- 8. Valgo concepti finguntur patrem non habere.
- 9. Valgo conceptus non venit filiorum appellatione etiam in Fagnan. in II. Lib. Decretal.
- 10. materia, in qua jus natura inspicitur. Declaratur, num. 19. & 22.
- 11. Impedimentum dirimens matrimonium oritur in gradibus prohibitis etiam inter illegitimos, & natos ex damnato coitu & num. seqq. usque in fin.
- 12. Consanguinitas, seu cognatio est quid naturale.
- 13. Cognati unde dicitur.
- 14. Consanguinitas quid sit.
- 15. Consanguinitatis vinculum oritur etiam ex complexu infidelium.
- 16. Affinitas est quid naturale, & oritur etiam ex copula illicita, & inter infideles.
- 17. Consanguinitas est fortius vinculum, quàm affinitas.
- 18. Dissolutio contra filios legitimos, multò magis habet locum in spuris; sed si conferat filius legitimis aliquid beneficium.
- 19. Filii spurii etiam nefarii quoad effectum Matrimonii dicuntur consanguinei, & affines.



DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

Gregorius Joanni Defensori eunti in Hispaniam.

CAPUT II.

IN nomine Domini: & infra. Quod autem dicit Episcopus, quia se absente, etiam vilissimi sint testes exhibiti nullius momenti, lege noscendum est constitutionis novellæ, quæ de testibus loquitur in hæc verba: Ne postea obijciatur eis, quod per unam partem gesta [& confecta] sunt, oportet ut testimonia dentur, illo admonito à iudice, aut defensore venire & audire testes. Si verò noluerit venire; & non ex inevitabili quadam necessitate venire non possit; Sancimus huiusmodi testimonia ita valere, tanquam si non ex una parte consisterent, sed etiam ipsa præsentia facta fuissent. Ecce admonendus est semper adversarius, ut ad audiendos testes veniat: quodd, quia hic omisum est, necesse est, ut quod contra legem actum est, non habeat firmitatem.

SUMMARIUM.

- 1 Testium receptio contra non citatum est nulla, & num. 18.
- 2 Invocatio nominis Domini præmittenda est in actionibus nostris.
- 3 Item in ordiis, perpetuisque instrumentis, & num. 7.
- 4 Item in sententiis.
- 5 Invocatio nominis Domini qualiter fit faciendâ, & potest fieri à Notario Christiano etiam in contractibus Iudeorum.
- 6 An sit de substantia Instrumenti.
- 7 Facta à Notario in principio Protocolli trahitur ad omnia instrumenta in eo comprehensa.
- 8 Invocatio nominis Mahometi in terris Christianorum fieri non debet publice etiam à Sacerdotibus.
- 9 Per vim an sit eis prohibita.
- 10 Citari debet pars in receptione testium, ut audiat illos jurantes, non autem deponentes, & num. seqq.
- 11 Testes secreti & sigillatim sunt examinandi.
- 12 Citatio ad videndum committi Notario iuramenta testium non suffragatur, nisi etiam dicatur ad videndum jurare.
- 13 Et hic defectus est insanabilis.
- 14 Testium depositiones si pars audierit, non poterit postea super eisdem capitulis testes producere.
- 15 Si citetur Dominus & non procurator, vel unus ex duobus procuratoribus in solidum, an valeant attestations & numer. 17.
- 16 Testes examinati, parte non citata, an sufficiant pro mandato de manutendo, & num. seqq. usque ad num. 48.
- 17 Probatio plena non requiritur in summarissimo possessorio.
- 18 Sed sufficit summaria, levis & qualis qualis.
- 19 Item sufficit fides extrajudicialis, si concurrant adminicula.
- 20 Et admittit solent etiam præsumptiones.
- 21 In possessorio summarissimo agitur de modico, & reparabili præiudicio.
- 22 Possessorium summarissimum est preparatorium possessorii pleni ad quod se habet, sicut plenum possessorem ad petitorium.
- 23 Manutentio datur ne partes veniant ad arma, & ut sciatur quis sit actor & quis reus.
- 24 Est remedium summarissimum & momentaneum.
- 25 Est interim appellatur.
- 26 Testes recepti sine citatione, partis præsumptionem faciunt.
- 27 Item faciunt iudicium.
- 28 Sed contra, num. 34.
- 29 Faciunt saltem adminiculum & num. 31.
- 30 Fallit, num. 45.
- 31 Et sufficiunt pro mandato de manutendo, ex multorum

- sententia.
- 32 Sed alii contra num. 36.
- 33 Probatio saltem semiplena requiritur ex filio Rote in Iudicio manutentionis.
- 34 Verba nullius momenti excludunt iudicium quantumcumque leve.
- 35 Adminicula sola non sufficiunt ad obtinendam manutentionem; cum non sint probationes, sed auxilia probationum & num. 37.
- 36 Testes examinati ad perpetuam rei memoriam sine citatione partis, non probant etiam in iudicio manutentionis.
- 37 Testes recepti ante litem contestatam, regulariter non probant nec faciunt iudicium.
- 38 Testes recepti, citato procuratore non habente mandatum vel minus sufficienti: non probant etiam in summarissimo.
- 39 Mandati defectus includit etiam defectum citationis quoad ipsum principalem.
- 40 Et gesta cum falso procuratore sunt ipso iure nulla.
- 41 Mandati defectus à signatura Papa Janari non solet, neque ex filio Rote: etiam resecis expensis.
- 42 Testes examinati coram Iudice incompetenti fidem non faciunt, etiam in summarissimo possessorio.
- 43 Nec ullam faciunt adminiculum, si cum defectu jurisdictionis concurrant defectus citationis & iuramenti.
- 44 Testes non jurati & recepti, parte non citata acquiescunt.
- 45 Nullitates solas ex defectu citationis, jurisdictionis & mandati in Urbe & in statu Ecclesiastico Iudices debent attendere & aliis resecis ad causarum expeditionem procedere.
- 46 Testium receptio, an valeat si citatus ob inevitabilem necessitatem comparere potuit & numeris sequentibus usque in finem.
- 47 Impeditus ex iusta causa non potest dici contumax.
- 48 Impedimentum citati notum Iudici, reddidit ipso iure nullam sententiam quam de iuratore quam interlocutoriam: qualis est receptio testium.
- 49 Secus si Iudex impedimentum ignorabat, quia tenet processum ipso iure; sed debet retractari, num. 54.
- 50 Citatus ad domum qui non comparuit allegans se citationem ignorasse, audiri debet ad opponendum in personam testium: licet non servaverit formam, cap. Præsentium infra eodem & num. 53.
- 51 Testes recepti contra citatum legitime impeditum faciunt saltem iudicium.
- 52 Impeditus citari debet, ut saltem comparet per procuratorem, nisi esset causa nimis gravis.

De testib. c. In nomine Domini.

- 1 IN nomine Domini. Nulla est receptio testium facta contra non citatum. Hoc dicit, secundum Abb. Antiq. & omnes post eam. Dividitur in tres partes. Nam primo ponit dictum. Secundo probat per legem. Tertio concludit. Secunda ibi, ut supra. Tertia ibi, ecce.
- 2 Nota primo ex principio litteræ, in actionibus nostris præmittendam esse invocationem nominis Domini, ut hic & in c. In nomine Domini 23. distin. Nam ut legitur in c. Non licet 26. q. 5. & habetur originaliter ad Coloff. 3. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo & Patri per ipsum, concordat. 1. ad Corinth. 10. & Act. 17. ut cap. Non obsecratis 26. q. ult. Omnia enim recte & competenter geruntur, si principum sit decens, & amabile Deo ut in Auth. Quomodo oportet. Episc. circa princ. & ubi Christus non est fundamentum, nullus boni operis superest edificium, c. Cùm Paulus 1. quest. 1. Hinc Imperator in sui initio invocationem Domini dicens, Deo nobis auxiliam trabente &c. leg. De à nobis, Cod. de Episc. & Cler. & Instrumentum inchoetur autore Deo, ut dicit text. in Auth. In 1729. nom. Imper. §. 1. Unde hæc invocatio semper præmittenda est in arduis, perpetuisque instrumentis. In minoribus autem & intra tempus breve duraturis & in publicationibus scholarum judicialium, nisi sit sententia definitiva, non est ius eam omnino inchoare sic utroque tempore, anno Domini, &c. ut inquit Speculatur in tit. de Instrument. edic. §. Brevis nom. 2. & quod in principio sententiarum impeditur sit nomen Domini, est textus in c. Veritas iuxta de dol. & contum. & notat Gemin. in c. Præter hoc in c. 31. dist. Nec est ius an dicatur. In nomine Domini; ut hic; an in nomine Domini Nostri Jesu Christi, ut 1. in nomine Domini, c. de offic. Præf. Prætor. Aphæic. vel in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, ut c. In nomine Patris 73. dist. secundum Specul. ubi supra, vel in nomine sanctæ & individue Trinitatis, ut notat Petrus de Urzola in sua præf. Artis Notariatus in 3. par. num. 17. in c. iter. trad. eodem. 10. 11. par. 179. Et potest fieri hæc invocatio à Notario Christiano etiam in contractibus Iudeorum, ut tenent Bart. & Alexand. in prima Constitutione Di. gestorum & in prima Constitutione Cœlestis. Communiter tamen tenetur eam non esse de substantia instrumenti, reciter Iudex, ut notat Angel. in Auth. Jus iurandum quod præstet ab his §. 1. col. 2. nec inter Christianos, Felin. post Abb. & alios in c. 1. n. 2. de fid. instrum. & lat. in rubr. de nov. oper. num. 1. n. 7. Et quavis ex consuetudine hoc solemnitas effecta sit substantialis secundum gloss. in dicta Authent. Ut præpon. nomen Imper. §. Unde Sanctus in ver. Audire Felin. loc. cit. Alexan. in addit. ad Bart. in leg. 1. in ver. Instrumentum, Cod. de novo, Cod. facien. tamen Bart. in leg. Si quis ex arceatariis, §. Si initium, num. 7. ff. de elec. Sentit etiam itante huiusmodi consuetudine ex omniore invocationis contra sum non vitari; subdit tamen ibi invocationem Divini Nominis factam per Notarium in principio Protocolli trahi ad omnia instrumenta comprehensa in libro instrumentorum. Quod nota ad salvandum instrumentum, in quo hoc solemnitas fuit præmissa. Invocatio autem nominis Mahometi fieri non debet etiam à Sacerdotibus publicis in terris Christianorum, Clem. 1. de Jureis Sed privatum non prohibetur, ut post Paul. de Eleazar. tenet ibi Cardin. in §. quæ plenius Vitalin. n. 18. & seq. licet Zenzelin. contra, cum quo simpliciter transit Petr. de Anchar. n. 4. vers. Sed an isti sint tolerandi.
- 2 Secundo nota ibi, venire & audire testes, & signa practica citationis in receptione testium: debet enim pars citari, ut veniat & audiat testes, ut est argumentum hic secundum Anton. de Bart. in 4. notat. Verumtamen hoc non ita intelligit, ut pars audire debeat testes cum deponant dictum factum. Hoc enim est falsum, cum secreti & sigillatim sint examinandi, ut cap. Venabili infra eodem & c. Inquisitio ubi §. 1. de accusat. & l. Nullum, Cod. de testibus, exemplo Daniæ qui secretè examinavit testes accusantes Sathanam & de falsitate convicti, Daniel. 13. ita intelligas hanc litteram, ut pars venire debeat & audire testes jurantes, non autem deponentes, licet publicis attestacionibus possit etiam videre & audire illorum depositiones, ut hic firmat gloss. in verb. Audire, Glossæ & Innocent. num. 2. Qui supplet verbum testes, scilicet jurantes Hostien. num. 3. in ver. Testes, Joan. Andr. num. 9. Bart. num. 3. Arsetin. in 4. notat. gloss. in l. Sed & si quis in ver. Attestationes, Cod. de testib. gloss. final. in §. Et hoc verò in Auten. de Testib. & in l. Si quando in ver. Noluerint, C. eod. tit. Specul. in tit. de Teste, §. Nunc tractandum in princip. Et quavis Joannes Theotonicus in cap. In primis in gloss. in ver. Si eo præfente 2. quest. 1. dicit partem posse etiam examini interesse si velit: idque ob eam rationem, quia pars que novit causæ circumstantias melius interrogabit & Abb. Antiq. hic num. 1. affirmat in Montepessulano, & in multis aliis partibus ad litteram observat, quod hic dicitur, ut sci-

- licet pars citetur, ut veniat ad audiendas testium depositiones; tamen primum intellectum sequuntur omnes hic teste Felin. num. 17. in gloss. in ver. jurantes, & sic feruntur de facto ubique & bene; idque sic est tenendum, ut formaliter inquit Specul. loco citato. Et de hac generali consuetudine attestatur etiam gloss. in dict. leg. Si quando in ver. Solerant, Cod. de testib. Et ita etiam hunc textum semper intellexit Rota, quæ propterea sepius resolvit citationem ad videndum jurare testes esse necessariam per hoc capitulum. Ad hoc ut examen sustineatur, Caputque decif. 274. num. 3. part. 3. Rota in recent. decif. 219. num. 2. part. 7. & alibi passim. Nec suffragatur citatio ad videndum committi Notario iuramenta testium, nisi etiam dicatur ad videndum jurare, ut censuit decif. 259. num. 4. part. recent. & hunc defectum esse insanabilem dixit decif. 18. num. 12. in recent. part. 7. Nec obstat contraria ratio Joannis, quod in interrogaciones melius fiant per partes. Quoniam ad hoc habemus remedium, ut interrogatoria dentur in scriptis, ut in cap. 2. hoc tit. lib. 6. & sic Iudex plene per seipsum inquirere poterit, ut notat Bartol. Brixiano. in dict. cap. In primis in gloss. in ver. Si eo præfente in fin. 2. quest. 1. Specul. in dicto §. Nunc tractandum num. 1. vers. Nec obstat & hoc modo testes liberius deponent, ut hic per Joan. Andr. num. 6. & Abb. num. 6. in gloss. in ver. Audire.
- 3 Verumtamen si casu accideret, ut pars dicta testium audiret, non posset postea super eisdem capitulis testes producere ob timorem subornationis, ut in Auten. de Testib. §. Qui verò & cap. Ultra tertium infra eodem secundum gloss. prælegat. in d. cap. In primis, Innocent. hic num. 2. Hostien. num. 3. in ver. Testes Joan. Andr. num. 9. Felin. num. 17. vers. Nec obstat. Quod facit contra illos, qui stant ad audiendum post cortinam secundum Bald. hic num. 2. & Felin. ubi supra.
- 4 Quid autem iura sit, si citetur Dominus, & non procurator qui contestatus est litem: Et quid si duo procuratores simul sint dati in solidum cum clausula, ut occupantis conditio non fieret melior, quorum alter contestatus est litem & alter produxit testes, an valeant attestaciones, plene hic disputat Joan. Andr. num. 2. & 3. & post eam Bar. num. 8. 9. & Imol. num. 7. & 8.
- 5 Tertio nota ibi, si non ex inevitabili necessitate; attestaciones receptas, absente citato, non tenere, quando ex iusta causa detentus comparere non potuit, ut hic probatur evidenter per argumentum à contrario sensu: nam cum textus dicat testimonia valere contra citatum non comparentem, si non ex inevitabili necessitate venire non potuit: ergo à contrario valent, si fuit impeditus comparere ob inevitabilem necessitatem, & ita hanc litteram inducunt Abb. hic num. 11. vers. Sed in alio eam, & Felin. num. 19. Sed hoc plenius examinabitur infra in gloss. Irrevocabili in ver. Adhuc usque in finem.
- 6 Ultimo nota regulam, de qua supra in Summario, videlicet attestaciones parte non citata, esse nullas utroque Jure & Cælesaræ Pontificio, ut in Auten. de Testib. §. Et hæc verò collat. 7. Cujus tenor refertur ad litteram in hac Decretali, l. Iudices, Cod. de fid. Instrum. l. Si quando Cod. de testib. cap. In primis 2. quest. 1. & cap. Chartæ 3. quest. 9. cap. 1. de caus. possib. & propriis. Inter quatuor de major. & obed. & hoc pro regula continentur hæc gloss. in verb. Admonendi. Innocent. num. 2. Hostien. num. 3. Abb. Antiq. Joan. Andr. & reliqui omnes in Summario textus, & Felin. num. 3. ubi ex mente Doctorum ad eandem regulam ponit quinque declarationes, & quatuordecim limitationes, quas per te vides usque ad num. 17.
- 7 Quæro, ultra alios an testes examinati parte non citata fidem faciant in summarissimo possessorio; adeoque ut vigore iuris examinis Iudex concedere possit, aut debeat mandatum de manutendo.
- 8 Ad partem affirmatvam facit, quis in hoc iudicio summarissimo non requiritur plena probatio, l. In lege Aquilia, la prima, ubi re summarium exposita ad sufficionem iudicem adducunt, ff. ad leg. Aquil. leg. 3. §. Causa, ff. de Curboia. edic. leg. 3. §. Scindam, ff. ad exhiben. & tradit Raph. Cuman. in leg. 1. §. fin. ff. ad Prætor. situl. Natta conj. 121. In causa possessorii num. 9. Nota apud Gregor. XV. dec. 528. num. 3. nec requiritur probatio exacta, Plot. de in lit. jur. §. 3. num. 43. Mantie. decif. 172. num. 2. que est decifio 152. num. 5. part. 2. diversor. Rota in recent. decif. 187. num. 2. sed sufficit Summaria d. l. In lege Aquilia, Paul. de Callr. conf. 3. In causa que vertitur nu. 2. vol. 2. Item levis Greg. d. dec. 258. n. 3. Menoch. de rena. possib. remed. ult. num. 34. imo levior solet admitti Cardin. Seraphin. decif. 8. num. 1. & decif. 190. num. 2. Rota diversor. dec. 665. num. 4. part. 3. licet corrupte ibi legatur plenior, & in recent. decif. 214. num. 3. part. 1. Item admittitur probatio qualis qualis Menoch. de remed. ult. n. 9. Rota apud Card. Cavaler. decif. 75. num. 4. Et præterea etiam bases extrajudicialis in hoc iudicio fidem facit, si coa-

- 16 Fili nati ex damnato coitu non reputantur cognati patris quous effectus civiles tantum fecus quoad naturale vinculum. & iura sanguinis.
- 17 Sponsus dicitur cognatus cognatione naturali.
- 18 Ecclesia in impedimentis matrimonii constituendis magis respicit ad ius naturale, quam civile.
- 19 Filiorum appellations veniunt etiam naturales, quando verba dispositionis sonant in nomen patris naturale quam civile.
- 20 Filius etiam nefaria admittitur ad vindicandam necem parentum.
- 21 Filii ex incestu nuptiis non debentur alimenta de Jure Civili, secus de aequitate Canonica.

Per tuas. Si qui nominent aliquem filium, & ita communiter reputatur, non creditur alteri eorum, juranti contrarium. Hoc dicit secundum J. A. cum quo ceteri concordant.

Nota ex hac Decretali duas conclusiones. Prima est: ex tractatu, & nominatione parentum probatur presumptivè filiatione etiam ex complexu illicito, prout hic erat: ad quod vide bonam glossam, quæ hoc dicit de filio ex Presbitero, & concubina, in c. Michaeli, in ver. Confliterit, de filiis Presbit. nec mirum, quia hoc modo probatur etiam filiatione legitima, ut in cap. Ver tuas infra, qui filii sint legit. & scripsi latissime in c. Lator eodem tit.

Secunda conclusio est. Presumpta hæc probatio filiationis etiam ex damnato coitu surgens ex tractatu, & nominatione parentum est tantæ efficacitæ, ut dirimat Matrimonium contrarium cum consanguinea patris, ut hic patet in vers. Unde apparet, & sic consanguinitas etiam ex coitu damnato, & reprobo contrahitur, ut hic, & in l. Nihil interest, ff. de rit. nupt. & in pluribus cap. 35. quæst. 2. Dec. hic num. 9. & presumptivè probata dissolvit Matrimonium, ut hic dicit gloss. in c. Butr. num. 10. Utramque conclusionem lateus prosequor in quæstione sequenti. Facti series sic se habet.

Joannes Dominicus habuit uxorem Antonellam jam pridem defunctam: nunc vult sibi Matrimonium copulare Hippolytam neptem ex sorore Joannis Antonii Presbyteri; & cum juxta decretum Concilii Tridentini præmittentur denunciationes, quidam testes revelarunt inter Joannem Dominicum, & Hippolytam esse impedimentum affinitatis in secundo gradu ratione Antonelle prioris uxoris, quippe quæ fuit filia Joannis Antonii Patris Hippolytæ, de cujus nuptiis nunc agitur; Antonellam verbè esse filiam Joannis Antonii inde deducunt, quod Catharina tamen virum haberet, quo tempore concepit Antonellam, erat concubina dicti Joannis Antonii jam tunc in sacris constituti, & ab eo domi retinebatur. Secundo, quia Antonella publicè dicebatur esse filia Joannis Antonii. Tertio, quia ipsa Catharina dixit se Antonellam filiam ex Joanne Antonio suscepisse; & Joannes Antonius eandem Antonellam simul ac rata est, domum suam afferri curavit, ut filiam tractavit, atque Matrimonium cum Joanne Dominico conjunxit. Contra verbè ad hujusmodi probationes evertendas, seu evolvendas Joannes Dominicus coram loci Ordinario nonnullos testes examinari fecit ad perpetuam rei memoriam. Ex quorum dictis habetur dictam Catharinam, quo tempore Antonellam concepit fuisse publicè meretricem, ad eamque omnibus accessum patuisse, quamvis in domo Joannis Antonii degeret, & cum eo frequentius rem haberet, à multis autem tunc dictum fuisse eam esse filiam Corini, & à multis aliis esse filiam Julii.

Hic ita in factis se habentibus dubitatur, an lubri aliquid impedimentum, quo minus Joan. Dominicus possit cum Hippolyta Matrimonium contrahere? Opinioni negativæ, id est, nullum inter prædictos subesse impedimentum, & declarationem super hoc esse concedendam, videntur suffragari infrascripta.

3 Primò, quia et si constaret Antonellam esse filiam Joannis Antonii; cum tamen in tempore illius conceptionis esset Sacerdos, & Catharina conjugata; non est dubium eam esse natam ex damnato coitu, & propterea esse ex illo genere spuriorum, qui patrem quidem habent, sed præ pudore illum demonstrare non possunt, ad leg. Vulgo concepti, ff. de stat. homin. Hottien. in Summ. tit. qui filii sint legit. §. Quæ sunt genera, vers. Dicunt autem, Ripa post alios in l. Ex factis, §. Si quis rogatus num. 3. ff. ad Trebell. tales autem spiriti patri non succedunt, nec ejus consanguineorum agnari dicuntur, nec paternam lineam agnoscunt, sed tantum maternam, DD. in auth. ex complexu, Cod. de incest. nupt. Abb. in cap. Tanta num. 13. qui filii sint legitimi. Dec. in cap. In presentia numer. 114. de probat. Boer. decis. 127. Paleott. in tractat. de Noth. & Spur. cap. 60. numer. 4. Covarr. in 2. part. Epit. de Sponsal. cap. 8. §. 5. numer. 13. inferens ex hoc duos fratres ex diversis concubinis, nec iura agnationis, nec cognationis habere, nec sibi invicem succedere. Ex quo videtur sequi, ut vir cum spuria contrahens Matrimonium non efficiatur affinis patri illius, nec alius per lineam paternam attinentibus, cum non sint suæ uxoris

- 22 Vulgo quæstus, quomodo intelligatur posse cum omnibus Matrimonium contrahere.
- 23 Filiatio vulgo quæstus probatur per affectionem matricis & Tractatum ejus qui eam domi aluit.
- 24 Filius Sacerdotis probatur ex Tractatu & nominatione ipsius.
- 25 Filiatio per solum formam non probatur.
- 26 Fama non probatur per testes depoentes se audivisse à multis.
- 27 Filiatio presumpta ex tractatu, & nominatione parentum impedit contrahendam, & dirimit contractum in gradibus prohibitis etiam inter illegitimos.

agnati, vel cognati, & sic mortua uxore possit cum alia muliere neptæ uxoris defunctæ Matrimonium contrahere. Quod fortis videtur procedere hoc casu, in quo agitur de muliere suscepta ex Presbitero; quo proles adeo est sacris Canonibus exosa, ut nec matri succedat, Covarr. in loco supræcit. n. 17.

Secundò idem deducitur ex eo, quod non constat hanc Antonellam esse filiam Joannis Antonii; quamvis enim quis presumatur filius illius, qui matrem domi pro concubina conceptionis tempore retinebat, gloss. in cap. Michaeli in ver. Confliterit, de filiis Presbit. tamen cum sit probatum eodem tempore concubinam cum aliis quoque se indifferenter commisisse; non dicitur constare Antonellam tunc ab ea susceptam esse filiam dicti concubinari matrem domi retinentis, ut in terminis declarat Alber. adiciens se ita in facto obdruisse in l. Filium defuncti num. 13. ff. De his qui sunt sui, vel alien. jur. Cum enim talis filia sit vulgo concepta, patrem non habet, d. l. Vulgo concepti, & inffit. de nupt. §. pen. ubi gloss. illos veritas recitet.

Cui Pater est populus, Pater est sibi nullus, & omnis, Cui Pater est populus, non habet ille patrem.

Parta autem sunt quem patrem non habere, vel propter incertitudinem non liquere quifiam ille sit; ad regul. leg. Duo sunt Titii, ff. de testam. tutel. & l. In lege, ff. de contrah. empt. de qua per Bart. conf. 234. num. 1. lib. 1. Et ideo lex fingit hujusmodi vulgo conceptum non habere patrem, Bald. in l. Prius num. 33. qui accus. non poss. ita ut propterea non veniat filiorum appellations etiam in materia, in qua jus nature inficitur, ut ait Bald. dist. num. 34. ad secundum articulum, & num. 34. adiciens judicem hoc casu debere sequi legis conscientiam, ut judicet eum patrem non habere, sicut lex judicat.

Hic tamen non obstatibus, nullo pacto videtur declarandum licere huic Joanni Dominico Matrimonium contrahere cum Hippolyta amita uxoris defunctæ, & sic sibi conjuncta secundo affinitatis gradu comprehenso in prohibitione, cap. Non debet, de conjugent. & affinis. nam etiam si proles sit illegitima; tamen in gradibus prohibitis oritur impedimentum dirimens Matrimonium, in l. Nuptia, la quarta, junctè l. seqq. ff. de ritu nupt. nam in l. Nuptia, la inquit Cajus, nuptæ consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum, liberorumque sunt, sive proximi, sive ultionis gradus sint usque ad infinitum. Et sic ibi agitur de impedimento dirimente. Deinde in l. seqq. continuatè inquit Scævola: Et nihil interest ex jure nuptiis cognatio descendat, an verò non; nam & vulgo quæsitam forem quis veretur uxorem ducere. Et de jure Canonico est textus clarus hic cum concordant.

Ratio est, quia consanguinitas, seu cognatio est quid naturale, l. Non facile, ff. de gradib. & affin. & est nomen nature, ut per Ruin. conf. 9. qu. 1. num. 3. lib. 4. nam seclusa etiam omni lege Ecclesiastica, natura ipsa dicitur ex propagatione ejusdem sanguinis oriri quamdam conjunctionem, & amicitiam naturalem, ut ex Aristotele 8. Ethic. probat D. Thomas in 4. dist. 41. qu. 1. art. 9. qu. 1. Et propterea in dist. l. Non facile, cognati ab eo dicitur putantur, quod quasi unæ, communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitivè sint. Et consanguinitas definitur esse vinculum personarum ab eodem stipite descendendum carnali propagatione contractum in c. Series, vers. Deinde 35. q. 5. & à D. Thom. in 4. dist. q. un. art. 1. & communiter à Theologis, & Jurisperitis. Et deciditur consanguinitas, quasi sanguinis unitas, gloss. pen. in c. 1. de conj. & affin. Hæc autem carnis propagatio, & sanguinis unitas, cum habeat fundamentum naturale, & quæ fit ex complexu damnato, atque ex legitimo; & ad prouidè etiam inter natos ex prohibito coitu oritur hoc vinculum consanguinitatis, si ab eodem stipite descendat.

Præterea consanguinitatis vinculum oritur etiam ex complexu infidelium eò eandem rationem propagationis sanguinis, cap. Gaudemus cum ibi not. de divor. Et converti ad fidem separantur; si conjuncti fuerint in gradibus lege divina prohibitis, licet secus sit in prohibitis ex Constitutione Ecclesiæ, ut ibi deciditur. Nulla igitur est ratio cur similiter

non oriatur ex complexu non conjugali inter fideles, ita ut quod ad eos, qui constitutoribus Canonice arctantur, impedit Matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, ut per Joan. Andr. in cod. cap. Gaudemus n. 3. vers. Patet à contrario. Ad hæc affinitas, cum & ipsa sit quid naturale secundum D. Thomam in 4. dist. 41. qu. 1. art. 1. qu. 1. oritur etiam ex copula illicita, & dirimit Matrimonium postea contractum, cap. Quando 32. q. 7. & toto tit. de eo qui cognov. consang. axor. suæ, etiam de jure civili dist. l. Et nihil, ff. de rit. nupt. Et fuit opinio Azonis, ut not in l. Non facile in prin. in gloss. in v. Per nuptias, ff. de grad. & affin. Et hodie restituta est ad primum, & secundum gradum ex Concilio Tridentino cap. 4. sess. 24. de rifer. Matrim. Quin imò affinitas oritur etiam ex Matrimonio consummato inter infideles, ut constat ex cap. final. de divor. ubi infidelibus ad fidem convertis precipitur ne ducant in uxorem relicta frateris sui, quod certe Ecclesiæ non præcipitur, nisi vinculum aliquod naturale inter eos ex hujusmodi copula oriatur, quidquid contra scripserit Henr. lib. 11. cap. 3. n. 5. cui opponitur S. Thomas in 4. dist. 41. q. un. art. 1. q. 1. Durand. ibid. qu. 1. n. 7. Palud. qu. 1. art. 1. n. 10. concus. 2. Sor. qu. ult. art. 1. & S. Antonin. in 3. part. Summ. tit. 1. cap. 11. in fin. Ergo multo magis ex propagatione carnis ex illicita copula provenient; oritur consanguinitas interdirimens Matrimonium, quia ut inquit D. Thomas ubi supræ, consanguinitas est fortis vinculum, quam affinitas.

13 Quibus demum accedit, quod ut spiriti non habeantur pro filiis, & consanguineis, introduciuntur in detestationem criminis, cum non mereantur tales appellari, Authen. Si qua illastris, c. ad Orficiam, & cap. un. 35. qu. 7. Abb. dist. conf. 50. in princip. lib. 2. Quod si eis liceret Matrimonium copulari cum descendibus sui eodem stipite, essent melioris conditionis, quam nati ex legitimo Matrimonio, cum tamen oppositum potius esse debeat, ut per Alexan. conf. 60. Vija legitum. n. 7. lib. 2. ubi dicit dispositionem legis, vel statuti disponentis aliquid contra filios legitimos, multo magis habere locum in spuris; Secus autem si conleat aliquod beneficium filiis, quia intelligitur de legitimis tantum. Ex contrario autem parentes redderentur procliviores ad hujusmodi crimina perpetranda, & inducenda ad unum finem operarentur contrarium contra regul. Legatum inutiliter, ff. de adimen. legat. cum vulgar.

15 Undè filios spurios etiam natos ex Sacerdote vel Monaco, qui dicuntur nefarii, & patrem demonstrare non possunt, quod ad effectum Matrimonii esse consanguineos, & affines, tradit notabiliter Bart. in l. 1. n. 4. ff. de accusat. per notata in l. Nec facile, §. Affines, ff. de grad. & affin. & sequuntur Ruin. d. conf. 9. num. 2. lib. 4. Gratian. conf. 145. n. 9. lib. 2. Capra conf. 108.

Atque ita non obstat, quod si Antonella est filia Joannis Antonii Presbyteri, & consequenter nata coitu damnato, non dicatur conjuncta patri, nec ejus lineæ paternæ.

Siquidem hæc obiectio diluitur, quia natus ex damnato coitu, sed ex parte certo illa certitudine, quæ potest haberi de parte secundum ea, quæ notat Bald. in l. Prius, c. qui accus. non poss. n. 34. non reputatur cognatus patris quoad effectus civiles tantum; Et ideo illi non succedit, nec ei à patre, vel patris consanguineis succeditur. Et in hunc sensum accipiendi sunt DD. in contrarium citati, & probatur in cap. 1. 35. qu. 7. in vers. Non deputentur filii, id est nullo parentibus jure succedant. Et ibi notat Turrecrem. n. 4. At verò quoad naturale vinculum, & iura sanguinis, quæ deleri non possunt, ut in reg. Digestorum jura sanguinis.

17 nis. Filii spiriti non secus ac legitimi sunt verè consanguinei, & agnati patris, nempe quia æqualiter omnes ex illius carne & sanguine propagantur, ut ostendit esse supra. Et ita declarat Ruin. conf. 9. n. 4. vers. Nec obstat lib. 4. ubi dicit non obitare, leg. Si spurius, ff. Undè Cognati, quia quantum ad effectum succedendi verum est quod spurius ex parte patris non habet cognationem, sed cognatio adest cum illo in substantia, & jus sanguinis durat, quod tolli non potest cum fit de jure naturali. Et infra n. 6. ait spurium dici cognatum cognatione naturali, quamvis ex parte patris talis cognatio non habeat effectum succedendi. Et idem fultius explicat paulo post n. 8. n. 4. Ad hoc respondetur. Cum autem Matrimonium sit de jure nature, Ecclesiæ in impedimentis constituendis magis respicit ad jus naturale, quam ad civile; & non solum ad id quod licet secundum leges, sed etiam quod decet secundum honestatem, leg. Semper, ff. de ritu nupt. & de 19. clarat Hottien. in dist. tit. de consang. & affinis. Facit

quod notat Felin. in cap. In presentia num. 23. de probat. ubi ait appellations filiorum venire etiam naturales, quando versatur in materia, in qua verba sonant in nomen patris naturale, quam civile. Quod habet locum etiam in natis ex prohibito complexu, tradit Bald. in dist. leg. Prius n. 23. cod. Qui accus. non poss. & Alex. conf. 144. Vija statuto per totum lib. 7. & Ruin. dist. conf. 9. n. 8. lib. 4.

Nec adversatur Bald. in contrarium citatus in d. l. Prius num. 33. quia loquitur in filiis illis vulgo conceptis, quorum pater ignoratur; hi enim solum ex accidenti non veniunt filiorum appellations, ut mox dicemus num. 22.

Hinc filia spuria etiam nefaria admittitur ad vindicandam necem parentum, ut concludit Bartol. in dist. leg. Prius num. 3. cod. de accus. quia naturalis dolor eam impellit, ut inquit Bald. in dist. leg. Prius num. 33. circa finem cod. 21. qui accus. non poss. Hinc etiam, quamvis natis ex coitu reprobo iura civilia denegentur alimenta, ut in Auten. Ex complexu cod. de incest. nupt. tamen secus est de æquitate Canonica, quæ vigorem sumit à jure naturali, cap. Cuius haberet in fine, & ibi gloss. final. ad fin. de eo qui duxit in Matrim. Abb. conf. 50. in princip. lib. 2.

Ad secundum responderetur: Quamvis vulgo quæsitus possit contrahere cum omnibus, id tamen ex accidenti contingit, non quia delicit ius, sed probatio, ut per Holtienem in Summ. in tit. qui filii sint legit. §. An inter utrumque nam etiam ipse vulgo quæsitus potest probari esse filius alicujus ex eis, qui tempore conceptionis cum matre rem habebant ut fatetur Bald. in dist. leg. Prius num. 14. ita intelligens cap. Michaeli, de fil. Presbit. & admittit etiam Holtien. in dist. §. An inter utrumque propt. fin. Hoc autem casu factis probatum est Antonellam esse filiam Joannis Antonii, primò per affectionem matris leg. Matrem, cod. de probat. secundo per tractatum Joan. Antonii, qui eam domi aluit & Matrimonio copulavit, qui probat filiationem etiam nati ab uxore, ut per Felin. hic num. 3. Imò solum tractatu tum sufficere sentit Felinus post alios num. 13. & tradit in terminis nostris Innocent. Holtien. & Henric. Boich. in c. Per tuas, qui fil. sint legit. ubi voluit, ut si certum sit Sacerdotem peccasse cum muliere, & postea filium, qui ex ea natus est, & ab ea nutritus, vel filium nominatè vel alius ut filium tractasse, verus præsumere debeamus esse filium illius. Quæ sanè omnia in hoc casu concurrunt. Nec obstat quod possit probari contrarium, ut per gloss. in dist. cap. Michaeli, in ver. Confliterit, & DD. hic, & in dist. cap. Per tuas, qui filii sint legit. & quod oppositum hic probatum videatur per famam vicinæ, in qua à multis hic filius alius duobus viris adscendebatur: nam responderet solum famam non inducere probationem filiationis, ut hic per Felin. num. 15. Præterea non est probata hujusmodi fama cum suis requisitis. Et in specie testes deponunt se addivisse à multis, non autem à majori parte populi, seu per verbum communiter, prout requiritur, Verall. dec. 210. par. 2.

Regulare enim est, ut in teste indefinito non æquipoletet universaliter, ut per DD. in cap. Auditis, de prescript. Et tradit Rota in his terminis in causa Parmen. Status 26. Martii 1618. coram Sacro in vers. quoad tertium genus probationis. Insuper à multis hæc dicebatur esse filia Joannis Antonii: atque ita hi rumores contrarii invicem conquisantur, ut patet in hoc cap. & per Rotam in prædict. decil. Quamobrem cum Holtien. in dist. §. Ac inter utrumque, sentiat prohiberi Matrimonium vulgo concepti, si sit fama quod Maritus sit filius patris spuris, & conjuges id conleantur, alioquin suæ conscientie esse relinquendos; videtur etiam hoc casu Matrimonium prohiberi, in quo licet fama non bene probetur, tamen constat denominatione, confessione parentum, & tractatu. Et de hoc videtur casus in hoc capite ubi quidam R. qui præsumebatur filius T. Tiburtini cum concubina susceptus propter illorum nominationem, & tractatum non potest habere in uxorem neptem ejusdem l. Undè ibi gloss. in ver. Consobrinus, notat ex consanguinitate presumptivè probata dissolvi Matrimonium & sequuntur Holt. n. 3. Joan. Andr. in fin. & Cardin. in 1. notab. & alii communiter. Quod multò facilius procedit hoc casu, in quo agitur de Matrimonio contrahendo: nam præsumptio consanguinitatis licet non semper dirimat, tamen impedit contrahendum, cap. Licet in fin. de test. cap. Super eo, de eo qui cogn. consang. Holtien. & Joan. Andr. ubi supræ Ideoque nullo pacto videtur mandandum Episcopo, ut declaret hoc posse Matrimonialiter copulari, præsertim cum etiam aliis modis possit lux afferri veritati, si Episcopus rem diligenter indagaverit.

DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS

Alexander III. Exonenn. Episcopo.

CAPUT XVIII.

Imavit R. Presbiter, quod G. Clericus Capellanum ejus & alios quamplures de testibus suis juramento constrinxit, quod testimonium, consilium & auxilium contra ipsum non præberent eidem: Ideoque injungimus, ut si testimonium eorum publicatum non est: nec est abrenunciatum testibus: eos qui sunt juramento adstricti, & alios (si necesse fuerit) idoneos, in testimonium recipere non postponas.

SUMMARIUM.

- 1 Testificari compellitur qui juravit testimonium non dicere, si attestations publicata non sunt nec renunciatum testibus & num. 8.
2 Juramentum temerarium, an & quando repellat a testimonio & num. seqq. usque ad num. 8.
3 Testis in odium illius qui cum juramento astrinxit ad non deponendum, testificari compellitur: etiamsi perseveret in crimine & veritas per alium probari possit & num. 7.
4 Sed contra alium non admittitur, nisi punierit & num. 7.
5 Perjurus repellitur a testimonio, etiam post peractam penitentiam.

- 6 Quod procedit in perjurio stricti sumpto, non autem in eo qui temere juravit; qui large tantum perjurus dicitur.
7 Testes, publicatis attestacionibus, ulterius producendi non sunt.
8 Nisi per viam restitutionis in integrum.
9 Subtrahens adversario copiam probationum, an habeatur pro convicto & causam perdat.
10 Testis subtractus ab adversario, habetur pro producto: perinde ac si contra eum deposuisset & num. seqq.
11 Instrumentum si alicui subtractum fuerit, fiat illius juramentum vel ei arbitrio boni viri juramentum deferatur.

ut colligitur ex textu & glossa in cap. Qui Sacramento 22. quæst. 4. & non omne crimen repellit a testimonio ut in dicto cap. Testimonium.

Et hinc collige notabilem limitationem ad regulam que habet, perjurum indistincte etiam post penitentiam peractam repelli a testimonio, ut in prædicta Decretali Testimonium & ibi glossa in verbo Perjurus; procedit enim in perjurio stricto & proprie sumpto: id est in eo qui falsum juravit, ut in cap. Homines 22. quæst. 2. aut venit contra licitum juramentum, juxta caput Querelam de jurando; non autem in illo qui juravit temere, qui licet talis etiam dicatur perjurus ut cap. Sicut nostris de elect. cap. Si aliquis in fine & per totam 22. quæst. 4. tamen non est perjurus strictè & proprie: sed large, ut dicto cap. Sicut; & sic notant Felinus num. 8. que limitatio est ex mente glossæ in cap. Venabilem in verbo Perjurium supra de elect. que notabiliter declarat regulam, quod perjurus repellatur a testimonio; ut non procedat in perjurio qui temere juravit, juxta textum in dicto cap. Sicut nostris; & ibi similis glossa in verbo In causa, eandem distinctionem originaliter posuit Hostiensis in dicto cap. Testimonium num. 9. infra eodem, ubi concludit temerarium juramentum nunquam repellere a testimonio contra eum qui juramentum extorlit; sed contra alium ita demum repellere, si juramentum non preterit; alias vero juramentum temerarium a testimonio non repellit, sicut nec a dignitate; & subdit ita communiter Doctores sentire; & eum sequitur Abbas ibidem numero 3. post medium, versiculo Hanc opinionem & hoc tenent.

Secundo nota, si testimonium eorum publicatum non est: à contrario sensu post publicatas attestaciones, didicita testificata, testes non esse ulterius producendos, ut hic & in cap. Constitutus, ille secundo, versiculo Hanc opinionem & hoc tenent. Per tus supra eodem, glossa hic in verbo Eorum & in Clem. 2. in verbo Producere de testibus. Sed hoc limitant hic Innocentius, Joannes Andreas, Baldus, Batrius & communiter Doctores, nisi per viam restitutionis in integrum ex clausula generali, si quæ mihi iussu causæ esse videbitur de qua in lege 1. ff. ex quibus causis majores, quia per ipsam succurritur publicationi ac renunciationi: præsertim prædicto juramento, quod hoc malitiose non petatur, ut hic per eos: quod latius prosequitur Felinus num. 2.

Ultimo nota ibi: Testimonium recipere non possunt. Eum qui subtraxit adversario copiam probationum, non haberi pro convicto nec causam perdere; & ita ad hoc ponderat hunc textum Baldus num. 2. nam si perderet causam: non esset opus iterum testes exa minari, cujus contrarium hic statuitur: ic è fateatur contra subtrahentem omni præsumptionem, quæ constat

Imavit. Qui juravit testimonium non dicere, nec auxilium nec consilium præbere: testificari compellitur, si attestaciones publicata non sunt; nec est renunciatum testibus producentis. Hoc dicit Baldus. In prima ponitur partis querela. In secunda Papæ provisio ibi, Ideoque. Nota primo ibi. Qui sunt juramento adstricti. Testem qui temerarium præstitit juramentum, a testimonio non repellit: prout hic notat glossa post figuracionem casus, ut in verbo Juramento & Baldus num. 2. Verum Innocentius in capite Constitutio, ille primo in principio infra eodem; tenet hoc procedere in odium accusati qui juramentum extorlit; creditur enim ad veritatem celandam hoc procurasse vel saltem ab aliis procuratum esse de illius voluntate secundum terminos, dicto cap. Constitutus; alias vero temerarium perjurium non repellit a testimonio, cap. Quisquis 11. quæst. 3. lege Eum qui, ff. de injuriis. Idem firmant in dicto cap. Constitutus. Hostiensis num. 1. & Batrius num. 6. quia licet in criminalibus testes non compellantur, cap. Dilectorum infra de testibus cogentis; & ideo juramentum non prohibendo videatur habere fomentum Juris: tamen cum testi liberum sit testificari si voluerit: malum est & contra bonos mores & contra Jus publicum h. ne sibi facultatem adimere & se iurejurando confringere ad testimonium non ferendum; dicto cap. Quisquis & cap. 1. de crimine falsi.

Sed Abbas in dicto cap. Constitutus num. 4. & Felinus hic num. 7. sic distinguunt & bene videlicet, an testis producitur contra partem que illum juramento seduxit ad non testificandum; aut producitur contra alium. Primo casu in odium extorquentis illicitum juramentum admittitur testis ad deponendum: etiamsi in crimine perseveret; & in hoc primo membro conveniunt Innocentius & omnes, qui si reus excipiat de crimine perjurii seu temerarii juramenti: competit producenti explicatio de paritate criminis contra eum qui fuit in causa & dolo inducendo testem ad temere jurandum, ut cap. penultimo de cap. finali, infra de adulter. Quin imò hoc casu non tantum admittitur testis; sed etiam compellitur, ut hic potest in fine: etiamsi veritas per alios probari possit, ut contra Batrium & nonnullos antiquos bene deducit Felinus hic numero primo, respondens ad verba hujus textus si necesse fuerit.

In secundo autem casu subdistingue; nam aut testis adhuc perseverat in suo temerario juramento & non debet contra alium admitti, quia perseverat in crimine, cap. Testimonium infra eodem; at est emendatus & hoc casu post peractam penitentiam admitti potest ad testificandum etiam contra alium, quia hujusmodi crimen non est publicum; sed de gravioribus,

conatur veritatem celare: subdendi hoc esse bene notandum & eum sequitur Felinus hic circa finem, versiculo ultimo dicit. Idem videtur glossa ultima in lege Providendum eod. de postulan. & fuit opinio Vincentii & Philippi in capite Pervenit, ille primo infra eodem: quam dicit communem Felinus in cap. Causa venerabilis num. 21. de except. & Boër. alios citans de off. 292. num. 3.

Sed oppositum è diametro tenuit hic Innocentius in principio per textum in dicto cap. Pervenit, ubi idem tenet Host. num. 1. in verbo Ostendit infra de testibus cogen. & per §. Tria 3. quæst. 7. & hoc sequitur Bart. in dicta lege Providendum in antiqua lectione in fine & Angelus in lege 1. §. Si reus, ff. de eo per quem factam erit. Et fuit opinio glossæ

ultra in dicto cap. Pervenit, dum dixit testem ab adversario subtractum haberi pro producto: perinde ac si contra eum deposuisset. Et eum sequitur ibi Cardin. num. 2. & 3. ea ratione, quia sicut credendum est juramento illius qui volebat producere instrumentum ei subtractum vel deturandum est illi juramentum arbitrio boni viri, lege Si quando, cod. unde vi & lege Si de possess. & ibi Cin. cod. de probat. cap. finali quod metus causa: eodem modo credendum est illi cui testes subtracti sunt; vel deturandum est ei juramentum, quali testis habeatur pro producto secundum eum.

Tu vero pro concordia opinionum distingue, ut plene scripsi in questione facti in dicto cap. Pervenit à num. 10. usque ad num. 23. & præcipue num. 19. infra eodem.

DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

Idem Alexander III.

CAPUT XXIII.

Licet universis: & infra. Quia non est licitum alicui Christiano, & multò minus Crucis Christi inimico, ut causæ suæ unius tantum quasi legitimo testimonio finem imponat: Mandamus, quatenus si inter vos & quocumque Judæos emerferit quæstio, in qualibet causa Christiani, & maxime Clerici, non minus quam duorum, vel trium virorum, qui sint probatæ vitæ, & fidelis conversationis testimonium admittatis: juxta illud Dominicum: In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum: Quia licet quædam sint causæ, quæ plures quam duos exigant testes, nulla est tamen causa, quæ unius testimonio [quamvis legitimo] terminetur.

SUMMARIUM.

- 1 Judæus nihil potest probare minus quam per duos testes Fideles & honestos, si agit contra Christianum & num. 13.
2 Testes in multis causis plures quam duo requiruntur; sed nunquam sufficit unus & num. 4. & 13.
3 Declaratur num. 7. & num. 12. usque in finem.
4 Judæi testimonium contra Christianum non admittitur.
5 Testes ultra duos in multis casibus sunt necessarij, sed in nullo casu ultra tres, si habeant qualitates à Jure requisitas & explicatur Lex Divina in ore duorum & c. & num. 7.
6 Leges Civiles requirentes majorem numerum quam duorum vel trium testium valent & consentire approbatæ à Canone. Contra num. 7. & num. 9.
7 Princeps laicus ex magna causa potest statuere contra præcepta moralia affirmativa vel saltem judicialia.

- Contrarium num. 11.
8 Testes tres in multis casibus requiruntur.
9 Ecclesiæ potestas non extenditur ad peccatum.
10 Lex Civilis quæ in divorcio requirit septem testes, non valet ex defectu potestatis.
11 Testis unus: quomvis legitimus, non probat.
12 Quod locum habet in omnibus causis tam profanis quam spiritualibus.
13 Testimonio unus creditur, ubi de nullius præjudicio agitur: puta an aliquis sit baptizatus; an Ecclesiæ sit consecratus. Idem si agatur de modico præjudicio num. 17.
14 Idem in pluribus aliis casibus remissivo num. 19.
15 Clericatus potest probari per unum testem.
16 Testis unus sufficit ad probandam possessionem in Judicio manutentionis.
17 Testis unus in Judicio præsumptionem inducit.

Licet universis. Judæus nihil potest probare minus quam per duos testes Fideles & honestos. Hoc dicit Joannes Andreas, Bellanera, Batrius, Cardinalis, Ancharus, Inola & Joannes de Anania; vel generalius secundum Baldum & Felinum, neque Judæus neque Christianus fundat probationem ad decisionem causæ per unum testem tantum, quia licet aliquando requirantur plures: nunquam sufficit unus.

Nota primo, Judæum si agit contra Christianum, nihil probare posse per minorem numerum, quam duorum testium probatæ vitæ & laudabilis conversationis, ut hic est casus secundum Aretin. & alios. Non ergo admittitur testimonium Judæi vel criminosis, cap. Si hæreticus, cap. Non potest & cap. Paganus 2. quæst. 7. cap. Judæi supra eod. & infra cap. Proximo, & cap. Testimonium: & hic notant glossæ. Host. num. 1. vers. Fidelis conversationis & plerique alii.

Secundo nota multas esse causas, quæ plures quam duos exigunt testes, sed nullam esse causam, quæ unius testimonio, & quomvis legitimo terminari possit, ut dicitur in littera & sic autoritas Divina Scripturæ legis: In ore duorum vel trium stat omne verbum. Deuterion. 17. & 19. Matthæi 18. Joan. 8. exponi debet, id est non pauciorum, secundum Fagnan. in II. Lib. Decretal.

gloss. hic in verbo Duorum, Host. num. 1. in verb. In ore duorum, Bald. num. 1. vers. Nam illa verba; & sic autoritas Divina non excludit, quin possint esse plures, similis gloss. habetur in Summ. 2. quæst. 4. Quin imò ex hac littera colligunt idem Bald. num. 3. vers. In text. ibi, Aretin. num. 6. in 4. notab. & Felin. num. 1. post med. vers. nota secundum Bald. valere Leges Civiles requirentes majorem numerum, quam duorum, vel trium testium, & censeri approbatas à Canone. Et ex hoc inferunt Aretin. & Felin. ut Princeps secularis ex magna causa possit statuere contra præcepta moralia affirmativa, vel saltem judicialia condendo legem.


Sed salva reverentia tantorum Patrum, verius videtur autoritatem illam, in ore duorum vel trium, &c. esse referendam non modo ad minorem numerum, quam duorum, sed etiam ad majorem, quam trium, ita ut æque repugnet Juri Divino, ut unus testis sufficiat, atque ut requirantur plures quam tres, ut probat irrefragabiliter text. in c. Cùm esset infra de testam. ubi Reges humane requirentes numerum septem vel quinque testium in ultimis voluntatibus dicuntur esse contra Legem Divinam, qua scriptum est. In

ore duorum vel trium, &c. & sic auctoritas illa aperte intelligitur etiam de excessu ultra numerum trium. Nec refragatur hęc Decretalis, quia non dicit dari causas, quę plures quam tres exigant testes (hoc enim esset manifeste contra Jus Divinum) sed dicit dari causas, quę plures exigunt, quam duos, quod non repugnat Legi Divinę, quia Divina Lex non dicit precise, in ore duorum, &c. Sed alternative dicitur vel trium; sic relinquit legi humanę determinandum quando non sufficiant duo, sed requirantur tres; ideoque Lex Humana tam Ecclesiastica, quam secularis provide ordinavit in multis casibus duos testes non sufficere, sed necessarios esse adhibendos, ut patet in decis. capite Cüm esset de testam. ubi in testamento ad non pias causas non sufficiunt duo testes, sed ultra eos requiritur etiam presentia Presbiteri Parochialis. Idem patet in deposito pecunie, vel aliter rei excedentis libram auri, in quo tres testes requiruntur, ut in Aut. de Instrum. cau. & fid. §. Si quis egitur, & in Aut. Si quis vult, cod. qui potior. in pignor. habeant, Specul. in tit. de teste §. Restat, num. 5. vers. Item in pecunia depositione. Idem in confessione inventarij, ubi similiter non sufficiunt duo testes, sed requiruntur tres, ut in Aut. de hered. & Fidei d. §. Si vero ab uno & §. Sancimus, l. Sancimus, §. Si vero dubitas, cod. de jure de liber. Specul. ubi supra num. 5. vers. Item in inventarij confessione, & in aliis casibus ubi per eum relatus, & per Faninat. in prax. criminal. quest. 63. cap. 5. per tot. At nullus omnium datur casus, in quo tres testes non sufficiant, dummodo sint omni exceptione majores vel habeant qualitates a jure requisitas: Ideoque non obstat Praesul. 2. quest. ubi ad condemnandum Cardinalem Episcopum requiruntur viginti septem testes, quoniam ille textus intelligendus est ubi testes sunt suspecti: ut dicit ibi gratianus in §. Jeqq. Host. hic num. 3. & Joan. Andr. num. 4. vers. In glossa tertia, Roman. singular. 207. in fin. Abbas in cap. Per tuas in fin. da major. & obed. vel certe dispositio d. cap. Praesul. procedit de juris rigore, qui non est servandus secundum Host. & Joan. Andr. ubi supra, Item non obstat, quod secundum leges in testamentis de Jure Civili requirantur septem testes, & in codicillis & donatione causa mortis requirantur quinque, ut hic in gloss. in verb. Quędam. Quoniam hujusmodi leges tanquam adversantes Juri Divino & naturali, ac nutriendes peccatum declarantur irrationabiles in d. cap. Cüm esset, de testam. ut ibi dixi, in quest. de cæco d. num. 4. usque ad num. 12. Unde patet verum non esse, quod dicitur Bald. Arer. & Felin. Leges Civiles, de numero septem testium esse approbatas a Canone, id est in hoc capite. Imò enim sunt improbatę in d. capite. Cüm esset & cüm foveant peccatum, approbari non potuissent, quia potestas Ecclesię non extenditur ad peccatum; cap. 1. 40. dist. cap. Scripsit, ibi, & ideo per nos fieri nullatenus potest ne peccatum, & cap. 7. quest. 1. & in his terminis tradit Abbas. in d. cap. Cüm esset n. 30. Nec eis suffragatur hoc cap. Quia loquitur de testibus ultra duos, sed non ultra tres, ut ostensum est supra num. 7. & sic non respondit ratiõ objectioni, quę posset fieri de testamentis, & codicillis. Quomodo modum nec verum est, quod Arer. & Felin. affirmant de potestate Principis statuendi contra præcepta moralia est rativa, aut saltem judicialia. Imò enim præcepta moralia cüm sint juris naturalis immutabilia sunt, §. His itaque, & ibi gloss. 1. 6. dist. 8. Thom. in 4. sent. dist. 2. quest. 1. art. 4. quest. 1. ad 2. Præcepta verò judicialia

non est opus, ut tollantur statuto Principis, quia sunt evacuata per Adventum Christi; & quamvis non sunt mortifera, sunt tamen mortua, ut idem docet in 1. 2. qu. 103. art. 4. & quest. 104. art. 3. Minus obstat text. in l. Nul. lum. ff. de evort. ubi in divortio septem requiruntur testes: & notat Specul. in d. tit. de teste, §. Restat num. 6. in fin. vers. Item in divortio Neel. de testib. num. 84. vers. In divortio. Etenim divortij causa spiritualis est, & ad Ecclesiam pertinet, cap. Matorum 35. quest. 6. cap. 1. in fin. de conjung. & affin. cap. Accusantibus de excessib. Prælator. cap. Audite de prætor. Concil. Trident. sess. 24. de Sacram. Matrim. Con. ult. illa Lex ponit fulcem in melle alienam nec valet ex defectu potestatis, secundum commune Theoricarum Doctorum in cap. 1. infra de novi oper. nunciat & in cap. Ecclesia sanctę Marię supra de Constitut. hęc de prima parte textus.

Quo verò ad secundam partem ponitur regula universalis negativa, videlicet, nullam esse causam, quę unius testimonio, quamvis legitimo terminetur: & de hac præcipue loquitur Divinę legis auctoritas secundum illud Deut. 19. Non habet testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium habet omni verbum, concordat cap. Admonere, ibi, Quoniam nec ulla Divina, humanaque Lex unius testimonio etiam idoneo quępiam condemnat vel justificat, 33. quest. 2. cap. In omni & cap. Veniens supra eod. Imò vox unius vox nullius, ut dicitur in l. Jurisjurando, cod. de testib. Specul. in tit. de teste d. §. Restat num. 7. Rom. singular. 672. incip. Dicitur unus, Marfil. singular. 47. incip. Tria & vulgaris: & locum habet hæc regula in omnibus casibus tam profanis, quam spiritualibus, ut notat Abbas in cap. Cüm dilectus num. 4. de success. ab intest. Anton. de Butt. in d. cap. In omni n. 7. & in d. cap. Veniens num. 4. plenè Tiraque de rebu exig. in princ. vers. Secunda ratio est.

Ceterum gloss. 3. hic notabiliter declarat propositam regulam, ut locum sibi vindicet in aliteris præjudicium, in quibus terminis loquitur Lex Divina ubi supra & Deut. 17. ubi, Nemo occidatur contra eum uno testimonio dicente: & jura superius citata. Secus verò ubi de nullius præjudicio agitur quia in his creditur testimonio unius, puta utrum al quis sit baptizatus, cap. Parvulus, & cap. Cüm itaque de conjecrat. dist. 3. An Ecclesia sit consecrata, cap. Solemnitates, & ibi gloss. in ver. Nec certi testes de consecr. dist. 1. Specul. in tit. de teste, §. Restat num. 8. vers. Nono, gloss. in c. Nuper: & ibi etiam Bald. num. 40. infra eod. Et idem Bald. hic num. 4. qui ex hoc infert Clericatum posse probari per unum testem, quia talis actus de se, & sui natura nemini præjudicat. Sequitur Fel. num. 1. in fin. Cov. præf. quest. cap. 33. num. 3. Et idem est si agatur de medico præjudicio. Aymon. conf. 182. Videtur num. 15. vers. Alibi scribit, Anton. Gabr. commun. concl. in tit. de testib. concl. 2. num. 7. & hinc est, ut possessio in judicio manentionis per unum testem sufficienter probetur, Grat. conf. 110. n. 8. lib. 2. Seraph. dec. 1326. num. 1. Rota in recent. decis. 511. num. 8. part. 1. & decis. 15. num. 15. pag. 6. Et prædictis adde Specul. in d. tit. de teste, §. Restat. à numer. 8. ubi ad propositam regulam, quòd testis unicus non probet, 38. ponit 30. limitat. & num. 12. concludit præmissos casus esse speciales, & sæpe unam fidem adhiberi extra judicium, puta ubi de nullius præjudicio agitur. In judicio verò presump-tionem inducere ad hoc habes jura hic allegata in gloss. vltim.



DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

Innocentius III.

CAPUT XLV.

Constitutis in præsentia nostra Archiepiscopo, & M. Canonico Surretinn. dum ipse illum de simonię crimine deferret: & infra. Ceterum quoniam à principio protestatus est præfatus M. ipsius Archiepiscopi consanguineos, multa impedienda per suam potentiam præstitisse, quominus probationum copiam in nostra præsentia secum haberet, cüm quosdam induxerint ad jurandum, ne adversus Archiepiscopum aliquid dicerent, & alios minis & terroribus à testimonio perhibendo arcere nitantur: Nos ex officio nostro super hoc providere volentes, mandamus, ut generalem feras excommunicationis sententiam in omnes, qui impedimentum aliquod ipsi M. præstare præsumplerint in testibus producendis. Illos autem quos (ut dictum est) jurasse consulerint, quod contra Archiepiscopum nihil dicerent, denunties juramento hujusmodi non teneri. Si quis autem de consanguineis dicti Archiepiscopi aliquem de testibus præsumperit impedire (quia verisimile non videtur, ut eo invito talia fierent, & ob hoc non caret scrupulo societatis occultæ, eò quòd si voluerit, potuerit prohibere: cüm secundum legitimas Sanctiones, iniquam ostendant se causam fovere; & experiri debeat judicis auctoritatem elusam, qui defensionis copiam subtrahit adversario) eundem Archiepiscopum ab officio Pontificali suspendas, & facias manere suspensum, donec illum fecerit à tali præsumptione cessare.

SUMMARIUM.

- 1 In testibus producendis partem impediens excommunicari possunt.
 - 2 Consanguinei si impediunt testes ahoris puniuntur reus, de causis voluntate hoc fieri præsumitur, & num. 5.
 - 3 Juramentum de non testificando contra aliquem, non est.
 - 4 Veritatem in judicio occultare est mortale peccatum obligatorium, & cur. & n. Jeqq.
 - 6 Delictum consanguinei, amici vel famuli præsumitur commissum de voluntate illius, in cujus commodum resultat. Dummodo habeat causam continuam, seu successivam. Secus si delictum sit momentaneum, num. 8.
 - 7 Domestici præsumuntur non facere, nisi quod placet majori suo.
 - 9 Hęc tamen præsumptio admittit probationem in contrarium.
- notab. supra eodem.
- Secundo nota, quia verisimile non videtur præsumptionem esse contra accusatum, si ejus consanguinei accusatorem impediunt in testibus producendis: & ita hic est casus secundum Abb. Antiqu. in princip. Joan. Andr. & omnes in Sam. textus. Propterea enim iste Archiepiscopus jubetur suspendi ab officio Pontificali, quia id factum præsumitur de illius voluntate, nec caret scrupulo societatis occulte, ut in litera; & hinc generaliter collige delictum commissum a consanguineo vel amico, aut famulo in dubio præsumi perpetratum de voluntate ipsius consanguinei, amici vel Domini, in cujus commodum, seu utilitatem resultat: præsumitur enim contra ipsum ex quo potuit prohibere & non prohibuit; & ideo est puniendus, ut in textu & notant gloss. in ver. Verisimile, Hostiens. num. 4. Butrus in 3. notab. Anchar. numer. 6. & Abb. in ultim. notab. Nam ut inquit Baldus num. 2. præsumitur quòd illi de domo non faciant nisi illud, quod placet majori ipsorum. Verum Abbas hic num. 2. hoc intelligit & bene; dummodo impedimentum & delictum habeat causam continuam, seu successivam, pro ut in casu hujus Decretalis; secus verò si delictum sit momentaneum; & ita intelligit cap. Ovia præfatus 1. q. 4. & hanc declarationem Abbatis sequitur Barbosa in l. Si mora num. 43. ff. solut. Matr.
- Hęc tamen præsumptio, quę resultat ex delicto domestici, non est juris & de jure, sed juris tantum, ideo admittit probationem in contrarium, ut hic notat gloss. in ver. Verisimile, & Bald. num. 2.
- In textu ibi, Iniquam ostendant se causam fovere; An subtrahens adversario copiam probationem perdat litem & habeatur pro cooivido, & quia per a pro subtrahitione ipsa sit puniendus, scripti latissime in questione facti in dist. cap. Peruenit, in tertia quest. de testib. cogen. ubi plenè videas.



DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

Honorius III. Prapósito & Magistro G. & R. Laudann. Canonicis.

CAPUT L.

Præsentata nobis Successionem. Archidiaconi petito continebat, quod cum inter R. quondam prædecessorem suum ex una parte, & Capitulum sancti Petri Successionem. ex altera, super jurisdictione, quam idem Archidiaconus proponebat habere, quæstio verteretur; tandem Cancellarius Parisienn. & magistrus R. Remenn. & P. Britonn. Canonicos super hoc arbitros elegerunt: qui cum suscepto arbitrio ad eum in negotio processissent, quod productis testibus, & depositionibus publicatis, receptisque allegationibus utrorumque, & actis omnibus redactis in scriptis, sigillorum suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberent, unus ipsorum viam fuit universæ carnis ingressus, & alius in Archiepiscopum Ebreduenem, assumptus, qui distat per duodecim dietas, & amplius ab eisdem. Unde cum prædicto R. solo, minimè arbitrari valente; videatur arbitrium expirasse. Discretionem vestræ mandamus, quatenus causam juxta hujusmodi acta sine debito terminetis, optione Capitulo reservata, ut vel recipiant depositiones eorum, qui supersunt productorum testium, contra eos: vel eas respuentes consentiant, ut iidem testes admittantur iterum; salvo jure quod in utroque casu eidem Capitulo competit, tam in personas testium, quam in dicta.

SUMMARIUM.

- 1 Jurisdictionis expirat, si iudex recedat a loco, in quo debet judicare, & transferat se ad locum, in quo tenetur residere, & n. 6. & 11.
2 Collatio beneficii facta à Vicario Episcopali postquam à Diocesi, ubi erat Vicarius, abijt, & ad locum sui Canonatus se contulit, an valeat, & num. seqq. usque in fin.
3 Domicilium at contrahatur, requiritur animus perpetuè habitandi.
4 Animus perpetuè habitandi quando præsumatur.
5 Domicilium translatio ex quibus probetur.
7 Domicilium Clerici facile præsumitur in loco beneficii residentiam requirentis.
8 Ad domicilium contrahendum an sufficiat sola animi declaratio sine alia probatione.
9 Procurator alium substituens non remanet amplius procurator.
10 Vicarius egrediens locum Vicariatus animo non redeundi, censetur officio renuntiare.
11 Si Legatus egrediens Provinciam animo non redeundi an expirat munus legationis, ibid.
12 Absentia à loco cum obligatione alibi remanendi, morti æquiparatur.
13 Vicarius Episcopali habens speciale mandatum ad conferendum beneficia, potest ea conferre etiam extra Diocesim.
14 Nisi per absentiam extra Diocesim Vicariatus expiraverit.
15 Collatio beneficiorum non potest demandari ab Episcopo nisi Vicario Generali.
16 Beneficia conferendi facultas Vicario attributa non transit in Successorem.

Præsentata. Summat, & dividitur, ut per Joan. Andr. In textu ibi, In Archiepiscopum Ebreduenem assumptus. Nota jurisdictionem expirare, si iudex recedat a loco, in quo debet judicare, & transferat se ad locum, in quo tenetur residere ratione beneficii sibi collati, prout hic recessit iste arbiter electus in Archiepiscopum, ut latius dicam infra n. 1. Ex quo infero ad quæstionem, An collatio beneficii facta à Vicario Episcopali, ubi erat Vicarius, recessit, & ad locum sui Canonatus se contulit, sit valida, necne.
3 Contigit hic casus in Vicario Episcopi Placentini qui beneficium contulit postquam recessit à Diocesi Placentina, & migravit ad Ecclesiam alterius Episcopatus, in qua erat Canonicus. Et responsum est collationem esse nullam, quia constabat eum transivisse domicilium ad locum Canonatus, cum haberet animum ibi perpetuè habitandi, ut requiritur ad contrahendum domicilium, l. Crues, G. de incol. lib. 10. Abb. in c. fin. n. 8. infra de Paroch. Felin. in c. Dilectus filius in secundo nu. 12. in 2. l. imitat. vers. Et hoc jur. à de rescript. Tamen enim talis animus ex sola huiusmodi ratione non præsumatur, nisi fuerit decernalis, ut notat gloss. vic. in l. 1. c. de inest. lib. 10. Angel. consil. 27. Quodam Vicario n. 2. Doctores in d. c. final. de Paroch. Felin. in d. c. Dilectus filius n. 11. vers. Primum casus, tamen brevis temporis habitatio sufficit ad talem animum præsumendum, si eum

habitatione concurrant conjecturæ significantive domicilii, Abb. loc. cit. Marian. Socin. in c. fin. de foro compet. n. 26. vers. Si verò habitatio, Felin. in d. c. Dilectus filius n. 11. vers. Secundus casus, que sanè conjecturæ in casu nostro abundè concurrunt.
Primo quidem, quia recessit de Diocesi cum rebus suis: quod demonstrat animum domicilium transferendi, ut notat Bar. in l. Domicilium n. 1. ff. Ad municipal. & in l. Assumptio, §. Jurisprudentialibus n. 2. eodem tit. Abb. in loc. supra cit. Marian. Socin. in d. c. fin. in §. principali quæstione n. 54.
Secundò, quia transiit se ad locum valde distantem à Diocesi Placentina, quod magno modo confert ad iudicandum quem non habere animum revertendi, arg. hujus cap.
Tertiò, quia Vicarius obtinet in loco, ad quem profectus est beneficium obligare ad residentiam; unde præsumitur ibi mansisse animo perpetuè habitandi: nam jura valde prona sunt ad præsumendum domicilium Clerici in loco beneficii residentiam requirentis, secundum Innoc. & alios in c. Ex ore de privi. Felin. in d. c. Dilectus filius n. 2. in 2. conclus. Socin. in d. c. fin. in 4. principali quæst. in secundo membro principali n. 23. Cum enim Clericus in tali beneficio ad residentiam teneatur, nisi præsumeretur ibi velle habitare, esset præsumere culpam, & delictum, contra l. Merito, ff. pro soc. & quamvis hic Vicarius jam vilis sit neglectis residentiam quo tempore Vicariatum exercuit, cum tamen postea

resuscitans, de ea Diocesi recessit, & ad locum beneficii se contulit: utique præsumendus est potius voluisse satisficere obligationi residentiam requirenti, quam muneri Vicariatus dependenti à mera voluntate, arg. l. 3. 4. & l. 5. quod ex forma, ff. de solut. præsertim quia quanto diutius sberat à residentia, tanto graviores penas incurtebat ex Decreto Concilii Tridentini c. 12. sess. 24.

Quartò, cum hic Vicarius ad locum beneficii revertisse declaravit se nolle redire ad Diocesim Placentinam, cessat omnis difficultas: nam in hac materia sola declaratio sufficit ad animi probationem absque alia exceptione temporis, Abb. in d. c. final. de Paroch. in fin. Felin. in d. c. Dilectus filius nu. 12. vers. Secundus casus. Quod sine dubio procedit, quoties cum declaratione concurrat etiam habitatio declarantis, ut in casu nostro, secundum Marian. Socin. qui ita conciliat opiniones, in d. c. final. de foro compet. in 6. principali quæstione, numero 25.

Quintò, quia nunquam est reversus unde præsumitur animum non revertendi ab initio habuisse, Cravet. cons. 105. Permodò arguit n. 4.

Neque obstat, quòd idem Vicarius fuerit protelatus se velle retinere officium Vicariatus. Quia talis protelatio non est attendenda, cum sit contra tot factis, ex quibus resultat tant animus non redeundi à loco beneficii, quam etiam recta renuntiatio muneri Vicariatus, ut infra dicitur: & ideo renuntiatio hujusmodi per talem protelationem non tollitur, nec impeditur, c. Cum M. Et ibi dixi n. 19. post gloss. in ver. Præsentatio, Innoc. n. 1. Composit. n. 6. & alios communiter supra de Confr. & probatur aperte in c. Sollicitudinem de appellat. prope fin. ubi appellans, qui comparet coram iudice à quo, & propterea censetur tacite renuntiare appellationi; quamvis compareat, & simul declarat se velle appellationem prosequi; nihilominus renuntiatio inducitur non obstante prædicta declaratione.

Rorsus non obstat, quòd Vicarius alium sui loco substituerit: quia inde colligitur potius habuisse animum non revertendi, nec perseverandi in officio, in quo alium substituerat, sicut dicimus de procuratore, qui si ex facultate sibi tradita alium substituat, quasi non habet animum negotium prosequendi, non remanet amplius procurator, c. 11, qui de procurator. lib. 6. l. Verò procuratoris, §. Quid ergo, & ibi Barr. n. 4. de solut. Van. de nullitat. in tit. de nullitat. ex defect. inhabilitat. seu mandat. n. 104.

Consulat igitur de domicilio in eodem loco per hunc Vicarium contracto, & de animo ibi perpetuè manendi, & ex consequenti nunquam redeundi ad Diocesim Placentinam, in qua Vicariatus officium ante discessum exercebat.

Quo positò sequitur, ut per talem discessum desierit esse Vicarius, & ique officium, & jurisdictionem expiraverit. Quod probatur opinio simili de Legato, qui est Ordinarius, quemadmodum, & Vicarius, c. 2. de offic. de legat. lib. 6. Si enim in provincia egrediatur animo non redeundi, expirat munus legationis, gloss. in c. præsent. in ver. Erantur eod. tit. & lib. Villadieg. de legat. qu. 16. n. 7. Gambur. eodem tit. lib. 9. n. 5. & quamvis Iohannes in c. Novit. de offic. legat. videatur intelligere gloss. de legato non tantum egresso à provincia, sed etiam revocato; quem sequitur Archidiacon. in d. c. Præsent. in 2. col. in ver. Finitur, & ibi Joan. Andr. in 2. col. in. gloss. in ver. Hoc potest tamen ea opinio, quod revocatio non requiritur, videtur esse verior: alias hic modus sineinde legationis per egressum de provincia animo non redeundi non esset diversus à precedenti relato per gloss. ut

considerat ibid. Joan. de Sant. quem refert, & sequi videtur Gemin. in eodem c. Præsent. Verum etiam opinio Pothien. & Archid. vera esset in legato; tamen quatenus pertinet ad casum nostrum, probaret potius nostram sententiam: nam ipsi dicunt idem per solium recessum de provincia animo non redeundi non expirare legationem, quia cum legatus possit compelli invitus ad munus legationis obeundum, l. Museram, §. Judicandi, ff. de mun. & honor. sequitur ut quemadmodum expresse renuntiare non potest legationi, ita nec possit renuntiare tacite per hujusmodi egressum de provincia; Unde Doctores aperte sentiunt eum, qui potest renuntiare expresse sue jurisdictioni, censeri illi tacite renuntiare egrediendo à loco, ubi eam exercet animo non redeundi. Et propterea cum Vicarius, de quo agitur, non solum non possit invitus compelli ad suscipiendum officium Vicariatus ab Episcopo, cui non erat subditus, sed potius cogi deberet ad residentiam in loco beneficii, conseqens est, ut sicut expresse ipse renuntiare poterat Vicariatu, ita egressus à Diocesi animo extra eam perpetuè manendi, eidem Vicariatu tacite renuntiare censetur.

Confirmatur id per textum in hoc c. Præsent. quo in terminis nostris probatur, eum cui mandata est jurisdictione, si de loco recedat ubi erat exercenda, & ad locum, in quo tenetur residere, profectur, non habere amplius jurisdictionem, unde post Cardin. hic notat Felin. n. 2. absentiam à loco cum obligatione alibi residendi morti æquipari. Et quamvis Felin. dicat id intelligendum esse quoad actus, qui non possunt explicari extra territorium, collatio autem beneficii fieri possit à Vicario habentis speciale mandatum etiam extra Diocesim, ut resolvunt Domin. de Rota decis. 5. incipien. Numquid Vicarius de offic. Vicar. in antiq. tamen quoad casum nostrum satis est ut indicatur revocatio Officii Vicariatus; inde enim sequitur etiam revocatio facultatis conferendi beneficia. Expirat itaque Vicariatus officium, & ita corrumpit etiam facultas conferendi beneficia, quæ præsumitur ab Episcopo eidem tributa contemplatione officii Vicariatus; quia non potest Episcopus talem facultatem tribuere alteri, quam Vicario Generali, gloss. in c. fin. de offic. Vicar. lib. 6. in ver. Commissa, & in c. Deliberationi in ver. Cuiusque de offic. Legat. eodem libro, Cistac. consil. 77. Quod vero Episcopus n. 1. Archid. in c. Statutum, in 2. col. in ver. Generaliter de Præbend. lib. 6. Rota decis. 287. in antiquis. Et ita cum talis facultas potest esse in iudicium si conferretur tribus contemplatione persone, & non officii à præsumitur Episcopus contemplatus officium ut valeat abbas. Decius post alios in c. Quoniam Abbas n. 49. de offic. Delegat. & per consequens non transit quidem in Successorem, licet concessa sit contemplatione dignitatis, ut communiter tenent Doctores in d. c. Quoniam Abbas, ubi Decius n. 61. sed expirat per revocationem Vicarii, tanquam accessoria ad eju dignitatem extinctam. Et ita communem opinionem declarat Abbas in d. c. Quoniam n. 11. in fin. & Felin. ibid. n. 7. vers. Sed primo, præsertim, cum sine Vicariatu hæc facultas exare non possit, ut per Doctores supranumeratos.

Caruit igitur Vicarius facultate conferendi beneficium, de quo agitur. Et propterea ejusdem collatio facta ab Episcopo, licet posterior, prævalere debet, c. ult. supra de inest. urgig. Prælat. c. Congregato, & ibi gloss. ult. de elect. Innoc. in c. Consideravi n. 3. vers. de hac electione eod. tit. Bellam. consil. 10. Factum est tale, Joannes in 6. dubio n. 44. & seq. facit sup. Non præsum. de regul. jur. lib. 6.